

Simon Toelmann Christian Schwartz

Disputationem hanc Iuridicam De Tutela Et Cura

Rostochi[i]: Pedanus, 1630

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn731638107>

Druck Freier  Zugang



Schütz und Fürsorge

Toelmann - Schwartz. Vert.

R. U. Jun. 1630.

Deo Opt. Max. Duce & Auspice
Disputationem hanc Juridicam

42

10

DE

TUTELA ET CURA.

SUB PRÆSIDIO

VIRI Amplis. Clariss. & Consuleissimi,

Dn. SIMONIS TOELMANNI Pom.

J. U. D. & Antecessoris ordinarij in Academiã

Rostochianã celeberrimi: Dn: Affinis, Hospitis, Fautoris &
Mæcenatis sui, quovis observantia cultu avi-
terarum prosequendi:

*Exercitij gratiã publica disquisitioni
subijciendam exhibet*

Christian Schwarz Gryphisv.
Pom.

*In Auditorio Majori, ad diem
horis maturinis.*



ROSTOCHI

Typis JOACHIMI PEDANI Acad. Typ.

ANNO M. DC. XXX.

1630





VIRIS

Amplissimo, Consultissimo & Prudentissimo,
Dn. IOHANNI LUTTERMANNO
Reip. Rostochianæ Consuli probè pro-
bèq; merito, Fautori, Amico Paterno, & bene-
factori nullo non honore, obsequio & ob-
servantia singularitèr colendo,
venerando.


E T

Magnanimo, Fortissimo atq; Strenuo,
Dn. PETRO BRUNNEMANNO,
Illustrissimi ac Celsissimi Pomerano-
rum Ducis ut & Reipub. Stetinenfis MAIORI
& Supremo Excubiarum Præfecto, Fratri
Uterino quovis honore, amore, offi-
ciove prosequendo.

*In acceptorum magno cumulo beneficiorum debitam
gratitudinem, suisq; porro commendationem hasce
studiorum suorum primitias*

D. D. D.

A. & Resp.





Tb. I.

Rerplacet ita ordiri hac themata: In Nomine Domini nostri JESU CHRISTI, ad omnia consilia, omnesq; actus semper progredimur: auzhore Iustin. Imperat. l. 2. in pr. C. de off. praef. praetor. Afric. & Paul. Apost. ad Colos. C. penult. §. 17. quia Christus non relinquit nos orphanos: Joh. c. 14. §. 18. sed praesto est, ut nos tueatur, instar gallinae, pullos suos sub alis congregantis, modò non refragemur, Matth. c. 23. §. 37. Luc. c. 13. §. penult.

2. Nomen igitur tutela quod attinet latè idipsum patet, & varijs rebus attribuitur: Veluti, Tutela corporis l. 3. de Justitià & jure, Possessionis l. 1. C. unde vi. Civitatis l. unica C. de Expensis Lud. | publ. Vix l. quidam in testamento 30. d. Leg. & fid. 2. Balinei l. Patronus 35. §. Codicillis d. Leg. 3. Salutis Reipubl. l. 3 in pr. de Off. Praef. vig. Operum l. ult. in pr. de Operib. Publ. Aedificiorum l. fructus 7. §. impendi al. l. divorcio. §. ult. solut. matrim. dos quemadm. per. facientis pro munitione agri sui, l. un. §. sunt qui putent 6. versic. plerumq; Ne quid in flum. publ. fiat, quo &c.

3. Videntur & singula oppida, olim, (ne quid antiquitatis ignoretur) suos habuisse tutelares Deos. Unde in oppugnationibus ante omnia solitum à Romanis Sacerdotibus evocari Deum, cujus in tutelâ id oppidum esset, promittiq; ipsi eundem, vel etiam ampliorem, apud Romanos, locum, cultum-

ne, quemadmodū his ipsis verbis scribit C. Plin. Secund. l. 28.
Natur. Histor. Cap. 2. §. In Augurum.

4. Ubi quoq; subjungit: Durare in Pontificum disciplinā id. sacrum: constareq; idco occultatum, in cuius Dei Tutelā Roma esset, ne qui hostium simili modo agerent. De quibus vide latius Alexand. ab Alexand. Genial. Dier. lib. 6. cap. 4. §. Patrios autem dixerunt Deos, & seq. ubi etiam vid. annotat. Andr. Tiraguell.

5. Item Lili. Gregor. Gyrald. in Histor. Deor. Syn. tagm. XVII. §. ult. pag. 484. §. sed jam nos. Edit. Basl. Anno 1580. ubi ex Macrobio lib. 3. Saturnal. recenset, ipsos Romanos, & Deum, in cuius tutelā urbs Roma esset, & ipsius urbis Latinum nomen ignotum esse voluisse: formulamq; quomodo ē Carthaginē & ē Veijs hujusmodi evocatio facta fuerit.

6. Et Adrian. Turneb. tutelam Navis per insigne in puppi denotatam fuisse tradit. lib. 19. Adversar. cap. 2. ubi etiam allegat D. Luc. in Act. v. 28. §. post menses.

7. Hinc quoq; nominatus fuit Tutanus Deus: cujus M. Terent. Varro his verbis meminit: Noctu Hannibalis cum fugavi exercitum Tutanus, hoc Tutanus Romanū nuncupor. Hæc propter omnes, qui laborant, invocant. quem eodē verbis adducit Noni. Marcell. de Propriet. Sermon. cap. 1. §. 242. Tutanus Deus à tueando, & habetur in novissim. Edit. Oper. Varron. Anno 1623. in 8. int. Fragment. p. 112 §. Hercules tuam fidem.

8. Ac subjungit Non. Marcell. d. c. 1. §. 243. hæc verba. Tutilina Dea, est à tuendo dicta, &c. quam etiam commemorat Div. Augustinus de Civit. Dei lib. 4. cap. 8. Circa med. ibi frumentis v. collectis atq; reconditis, ut tuto servarentur, Deam Tutilinam proposuerunt, &c. Ubi Ludov. Vives, in com.

Hæc

9. Huc etiam spectat elegans dictum Orosi inter Babylonium & Romanum Imperium, quasi inter Patrem & parvum Filium, Africanum & Macedonicum, brevia & media, quasi Tutorem Curatoremq; venisse, potestate temporis, non jure Hereditatis admitta. *Cujac. in Paratit. ff. h. t.*

10. Nos autem præteritis & intactis hisce, de Personarum Tutelâ hîc tractabimus, qui nondum pubertatis, aut virilis ætatis annos attigerunt; cum sui, nec alieni juris sint.

11. Majorenes enim cum sibi suisq; rebus recte consulere & bene prospicere præsumantur, *l. i. §. apparet 2. juncto §. Etideo. fin. de Minor. illis* Juris nostri prudentia melius prospexit, *d. l. i. in fin. pr.*

12. Etenim si Parentes adhuc habeant, in eorum manu & potestate sunt, *pr. & §. fin. de Pat. pot.* qui eos bene & honestè educare, quodque per infirmam hujusmodi ætatum teneritatem nondum licet, autoritate paternâ, præsidio, & gubernandi consilio, resarcire possunt ac debent.

13. Qui se mortalitate præventi decesserint, ad Legem, alterum quasi parentè ordo spectat, qui, subdivisis Minoribus in impuberes seu pupillos, & specialiter itâ dictos minores, illos idoneorum hominum Tutelæ, hos Curæ eorundem committit.

14. Cum autem ductum & ordinem naturæ observandum textus in *§. singulorum de Res. Div.* nos admoneat primitus de Tutelâ, quæ curam præcedit, ut impubes in *pr. & §. i. quibus mod. tut. fin. puberem: in pr. de Curat.* breviter differamus.

15. Quare hîc in vestibulo, Ciceroni, in Officijs, merito lo-

cum relinquentes, admonenti Disputationem semper à definitio-
ne proficisci debere, ut intelligatur, quid sic id, de quo disputa-
tur; cum Servio & Iustiniانو eam ita definimus.

16. Tutela est vis ac potestas in capite libero, ad tuendum
eum, qui per aetatem se ipse defendere nequit. jure civili data ac
permissa, l. 1. in pr. de Tutelis, § 1. d. 1.

17. Vocula, VIS, hoc loco non denotat violentiam, qua
planè in jure nostro prohibita & reprobata est, in tantum, ut
quemlibet vim talem inferentem vi repellere cuiusvis liceat, l. us
vim. 3. de J. & I. l. 4. & l. scientiam §. qui cum. in fin. ad Leg.
Aq. l. 1. §. 27. l. 3. §. 9. & l. 17. de Vi & vi arma. Sed amicabilem
& dispositivam, scilicet auctoritatem & potestatem talem quae
non in atrocitate, sed pià defensione consistit, ut hic, & §. 2. h. r.
quae tutoribus in pupillos, à legibus data & concessa est, ut
h. in fin. & l. 1. in prin. de Tut.

18. Dicitur, in Capite Libero, de quibus verbis, utrum
scilicet ad tutorem an ad pupillum referri debeant, Interpretes
acriter inter sese digladiantur. Nos ad utrumq; ea referri
posse hac ratione suffulci, autumamus. Nam Servus tutelam
gerere non potest, §. 1. in fin. qui test. tut. dar. pos. nec etiam
tutorem habere §. 1. quib. mod. tut. fin. Tutela enim juris ci-
vilitis est d. §. 1. in fin. h. r. cujus communionem servi non ha-
bent, l. nec servus ff. de pecul. l. stipulatio 38. §. hae quoq; 7. de
V. O. l. 23. de R. I. & in eo pro nullis habentur d. l. 32. l. liberos
3. §. 1. in fin. de Cap. min. §. 4. eo cit. l. 20. §. 7. qui test. fac. pos.
& exinde Maxima & media capitis deminutione tam pupilli,
quam tutoris, §. item 1. quib. m. tut. fin. §. sed & capitis 4. d. r.
tutela cadit & expirat, hominumq; liberorum propria perma-
net d. l. 1. de Tut.

19. Additur demum etiam finis tutela qui consistit in tui-
tione impuberis, qui scilicet per aetatem se ipse nondum
defen-

defendere potest, quæ verba simul differentiam tutelæ à Cur-
râ & patriâ potestate continent, cum hæc alios habeat effectus:
gl. in l. r. h. r. illa v. non ad ipsius personæ tuitionem, sed po-
tius ad rerum administrationem pertineat, l. in copulandis, C.
de Nupt. §. certa, qui testamento tut. dar. poss. in fin. pr. de
Curat. l. 12. 13. & 14. de Test. Tut.

20. Postrema deniq; verba, jure civili data ac permessa
causam Tutelæ efficientem rectè subjiciunt. Jus nimirum
civile, quo disponente & concedente Tutor vel ex testamento
vel à lege, vel à judice datur.

21. Unde triplex suboritur tutela, Testamentaria, Le-
gitima, & Dativa, l. generaliter fancimus 12. C. de Ep. & cl.
De quibus singulis distinctè differere operæ pretium erit. Et
quidem, cum digniora præcedant. l. 1. C. de Conf. & non spar-
gend. ab his pec. priori loco de Testamentaria, ut pote quæ cæ-
teris præfertur, in l. si tutor 9. §. si duobus in fine de Tut. &
ration, distr. l. incestato. de Leg. tut. l. si quis sub conditione. de
Test. Tut. in pr. de Leg. agnat. tut. auth. matri & avia C.
Quando mulier tutelæ off. fungi potest.

22. Quia v. ad Testamentariam hanc Tutelam tria potis-
simum necessariò requiruntur, ut videl. liberi à parentibus in
tutelam dandi, i. in potestate eorum sit? §. permiffum de
Tut. l. 1. in fin. pr. de Testam. Tut. l. quo tutela §. nemo de
R. I. Cum jure Patriæ potestatis hæc tutela datio parentibus
permiffa sit: l. impuberi 40. de admin. & pe. tut. 2. ut sint impu-
beres, d. §. permiffum, h. r. 3. ut etiam testamento detur,
l. 1. §. 1. de Confir. tut. c. 2. ff. & C. de Test. tut. Consequentèr
causam ejus definitionem, ex requisitis hisce ordine recensitis re-
sultantem, formamus.

23. Tutela Testamentaria est quando pater liberis suis
impuberibus quos in potestate habet Testamèto (à quo ita nun-
cupata est) tutorem dat.

Ex.

24. Excludentur igitur ab hac parte cum puberes, qui sub curatela sunt, in pr. quib. mod. tut. fin. cum majores qui regulariter neque tutores neque curatores dantur, Idem filij emancipati, vel à patria potestate qualibet alia ratione soluti & liberati. §. fin. in fin. h. t. d. l. i. de Test. tut. nequaquam vero liberi exheredati, l. pater 4. in pr. de Test. tut. qui à quibusdam prioribus male adnumerantur. Ab illa parte extranei, & Patroni, l. 28. §. fin. de Test. tut. l. i. §. i. de Conf. Tut. Ue & femina, quæ ipse quondam (teste Livio) in perpetuam tutelam erant, & alioquin etiam liberos in potestate non habent, §. femina de Adopt. §. ceteri de Hered. qual. & diff. l. mater 4. C. de Test. Tut. l. pater §. mater ff. d. t. l. mulier 2. de Conf. Tut. l. 69. §. 2. ff. de Legat. & fid. 2. Quod si tamen in testamento dederint tutores, exitum suum testamentum habere potest, si à Magistratu confirmentur, & quidem cum inquisitione d. l. i. §. i. de Conf. Tut. Emancipatis vero tutores à patribus dati, quamvis etiam confirmentur, attamen sine inquisitione id fieri solet, d. l. i. §. & si 2. l. 4. de Test. Tut. §. fin. de Tut. Sic quoque Codicilli si testamento non sint confirmati, non aliter valere aut locum habere possunt, nisi Magistratus auctoritatem suam ijs accommodaverit, & confirmando quod deficit, repleverit d. l. i. §. i. de C. T. l. 2. C. d. t. Quæ confirmatio, speciem tutelam quàm dati sunt non immutat, sed eam potius (ut Testamentaria adhuc merito audienda sit) confirmat. arg. l. 32. vers. nam ut Prætor. de Excus. Tut.

25. Personam Tutoris Testamentarij quod attinet, necesse est, passivam utriusque testamenti cum eâ factionem esse, l. Testamento 21. de Test. tut. Ex quorum numero sunt, tam Filiusfamilias, quam paterfamilias in pr. h. t. Cum n. tutela publici muneris sit: in pr. de Excus. tut. vel cur. quod jus potestatis non attendit; l. nam quod 14. in pr. juncto §. fin. legis præceden-

cedentis ad Senat. Trebell. in publicis ejusmodi causis filiusfam. loco patrisfam. habetur, l. antepen. de His qui sunt sui vel alieni jur. l. 2. de muneri. & honor. Item servus, qui si alienus est, pure inutiliter datur: cum conditione vero si liber erit usq; ad existentiam conditionis tutela in suspenso est, arg. §. 2. h. t. Si proprius, vice versa, cum conditione inutiliter, pure vero recte & utiliter datur. Quod enim in nostrâ potestate merâ & absolutâ est, in casum fortuitum conferri non debet: in primis cum de libertate agitur. l. 22. de cond. Inst. Postremo quoq; furiosus & minorennis, quamvis ille mentis compos nondum factus ad se redierit, nec hic vigesimum quintum ætatis annum exceßerit, testamento tamen tutores recte dantur. §. 2. h. t. l. si hereditas §. si furiosus. de test. tut.

26. Nihil autem interest utrum ad certum tempus, an ex certo tempore aut sub conditione vel etiam ante heredis institutionem tutor detur §. 3. h. t. cum non sit species actus legitimi, & verba Legis XII. Tabul. generaliter concludant: Paterfamilias uti de pecuniâ tutelave rei suæ legasset, ita jus esto: modo certis rebus & causis tutor non præficiatur. l. certarum 12. & 13. h. t. idq; propter rationem legi seq. 14. & §. certa Inst. h. t. insertam. ac pendente vel deficiente tutelâ, & ante & post tempus dativus tutor à Magistratu substituatur. l. si quis sub condit. in prin. h. t. §. Sed & si. de Atrilian. tutore.

27. Intestato parente quoad tutelam scilicet mortuo, vel planè non condito testamento, vel etiam tutore ante obitum testatoris denato, ne pupilli indefensi maneant succedit Legitima l. intestato 6. de Legit. tut. l. 9. §. 1. de tutel. & ration. distrab. in prin. & §. qua autem. 2. de legit. agnat. tutel. ad exemplum hereditatis, quæ ab intestato non defertur, quamdiu ex testamento hereditas adiri potest. l. quamdiu 39. de acquir. vel omit. tend.

B

hære.

heredit. Exinde quod causa testatrica causam ab intestato semper excludat. l. antequam C. commun. de succession. Ideoq; enodata hactenus primâ & præcipuâ istâ specie, ad alteram hanc ordine tractandam pervenimus.

28. Vocitatur autem Legitima non quod testamentaria & dativa non sint tutela legitima species, sed quod sine ullo iudicio testatoris vel Magistratus à solâ lege dependeat l. si quis. rr. de testam. tutel. l. legitimus s. de legit. tutor. & Ulpian. §. 2. de Tutor. ut & supra in the. 20. innumus.

29. Divisionem v. recipit bimembrem, alia enim nominatim & specialitèr, ex ipsis verbis L. XII. Tabul. descendit, ut Agnatorum tutela, alia ex ratione & mente legis, ut Patronorum, Parètum, & Fratrum quæ fiduciaria vocatur.

30. Primitus vero de ea, quæ specialitèr ex verbis Leg. XII. Tabul. Agnatis defertur. l. intestato 6. de leg. tutor. veluti præstantiore, tractaturi, talem ejus. definitionem præmittimus.

31. Legitima Agnatorum tutelâ est, quæ nullis testamentarijs tutoribus existentibus hodie agnatis & cognatis proximioribus à lege defertur. arg. c. 5. Novel. 118.

32. Hodie inquam. Olim enim ad solos agnatos, exclusivè cognatis, successio redibat, atq; ideò per consequentiam tutela etiam ad agnatos tantum pertinebat, ut videre est ex c. 4. & 5. Novel. 118. cum summâ providentiâ id constitutum referat Ulpian. in l. 1. in princ. in fin. de legit. tut. ut qui spectarent successione, iidem quoq; bona tuerentur, ne dilapidarentur & pessimum irent. & Justinianus Imp. in prin. de legit. pat. tut. ei deferat onus tutela, qui successione emolumentum habet. Quâ igitur juris agnatici & cognatici differentiâ per d. N. sublata, propter eandem successione spem etiam ad cognatos hodie tutela devolvitur. De Agnatis & Cognatis autem, quinam sint, audi

Audi Justinianum in §. 1. h. r. & Gajum in l. 7. h. r. breviter & perspicue illos ita definiētes. Agnati sunt cognati, per virilis sexus cognationem conjuncti, quibus addimus ex §. fin. eod. nec capite diminuti. Cognati verò sunt, qui per fœminini sexus personas cognatione junguntur. d. §. 1.

33. Neque tamen indifferentèr omnes Agnati & cognati, quos plurimos habere possumus ad tutelam hanc vocantur, sed proximiores tantum, qui mortuo pupillo successiōem sperabant, nisi forte eā sexus, imperfecta ætas, aut manifesta lex administrationem tutelæ prohibens, obstet, aut competenti excusatione utantur; *Novel. 118. c. 5. in fin.* Unde liquet mulieres etiam legitimam tutelam suscipere non posse, cum tutela virile munus sit, l. fin. de Tut. quod ultra sexum fœmineæ infirmitatis est, l. 1. C. quando mulier. matre & aviâ exceptis l. matres. 2. & Authent. matri & aviâ. junctâ authent. Sacramentum seq. d. tit. que ipsa ex præsumptâ singularis charitatis & pietatis ratione omnibus cognatis & proximis præponuntur d. N. & d. Authent. Relinquitur autem in ipsarum arbitrio utrum liberorum tutelam subire velint, an minus: at invitæ cogi, atq; adeò à secundis nuptijs arceri varijsq; commodis & beneficijs interea excludi nullatenus possunt.

34. Ordine nunc sequitur Legitima Patronorum tutela, quæ datur patronis in liberos impuberes ex mente & sententiâ Legis XII. Tabul.

35. Etenim cum liberi pupilli essent, viderunt Juris nostri prudentes, eos planè destitutos, & propter fragile & infirmum hujusmodi ætatuæ consilium multis captivonibus suppositos, multorumq; insidijs expositos esse, ut egregiè Ulpian. id ipsum declarat in l. 1. de Minor. Testamentarios enim tu-

tores habere non poterant, cum in potestate parentum non sint §. 3. de Tutel. Parentes enim servi erant, qui, quod jus civile attinet, pro nullis habebantur, l. quod attinet. de Reg. jur. adeoq; nec testamentum condere poterant, nec jus civile auctor testamenti factionis, eos agnoscebat. arg. pr. quibus non est perm. fac. test. Neque Legitimos, quia pater jure civili incognitus erat, perinde etiam agnati & cognati, qui ex uno patre à legibus cognito ortum & originem habent. §. 1. in prin. de legit. Agn. tutel. Non immeritò ipsum patronum pupillo tutorem præfecere; ex hoc fundamento, quod plerumq; tutela onus esse debeat, ubi successionis emolumentum est. Cum igitur Lex XII. Tabul. successionis commodum ad Patronos spectare volebat, eosdem quoq; libertorum impuberum tutores esse debere, adsumpserunt. Nam quanquam expressè in Lege XII. Tabul. patroni libertorum suorum impuberum tutores definiti non essent. Ratio tamen & mens tutela ipsis deferenda, eadem lege satis expressa erat. Quod autem ex sententia legis deducitur, non minus ex lege est quam quod ipsis verbis exprimitur. l. 6 §. 1. de V. S. l. scire. 17. de legib. l. nam ut ait 13. d. t. l. pen. ad exhibend. Verum hæc tutelæ species nunc ferè ignota est.

36. Legitima Parentum tutela est, quando parentes liberorum emancipatorum impuberum tutores fiunt, hic. & §. 6. in fin. quib. mod. jus patr. pote. solv.

37. Hæc introducta est ad exemplum Patronorum, l. 1. in pr. si quis à parent. man. Patri enim filium suum emancipanti tribuuntur eadem jura quæ patrono in bonis libertorum. d. §. 6. in fin. Quare & æquum esse videbatur, ut successionem sperans, tutelæ onus ad ipsum devolvatur.

38. Fiduciaria tutela erat, quando frater, qui in sacris paternis remansit, fratris sui impuberis emancipati,
mor-

mortuo patre, tutelam excipiebat. *l. 2. Inst. h. tit. hæc
etiam ex Parentum tutelâ originem ducebat, quæ cum hæc
propemodum, abolitâ emancipatione, ab usu recessit.*

39. *Iusto ordine nunc ad tertiam & ultimam tutelæ spe-
ciem transeundum est, quæ Dativa, à quibusdam etiam Ho-
noraria, à Magistratu eam dante, audit. Cujus hanc tradi-
mus definitionem.*

40. *Tutela Dativa, est Actus legitimus, per quem
Magistratus pupillo impuberi ad petitionem Matris vel
aliarum necessitudine ei devinctarum personarum,
nonnunquam etiam ex proprio officio, tutorem dat,
testamentarijs & legitimis non existentibus, l. 10. de Tut.
& Cur. dat. ab his.*

41. *Necessè est igitur tutorem ita purè dari, cum a-
ctus legitimus, neq; diem neq; conditionem recipiat. l. 77. de Reg.
jur. & l. tuto §. sub condition. de Tut. à Magistratu cujus
jurisdictioni & pupillus l. un. C. ubi pet. tutor. & tutor l. 3.
de Tut. & Cur. dat. ab his. l. 5. C. qui dar. tut. subjectus est,
vel originis vel bonorum suorum quæ ibidem sita habet, ratione,
d. l. un. & C. per tot. tit. cui petant. tut. ad petitionem ma-
tris vel liberorum impuberis si quos habet, aut aliarum ne-
cessariarum personarum, quarum hæc pro arbitrio & vo-
luntate petere possunt, illæ v. necessario debent, nisi mater hæ-
reditate plecti, l. 2. §. 1. l. fin. §. 3. h. tit. Liberti v. dignis sup-
plicijs affici velint. d. l. 2. §. eod. aut verò nemine petente ex
proprio officio, si viderit bona pupilli aliàs peritura, & im-
minente ære alieno detrimenti quid captura, idq; non nisi in
consilium adhibitis pupilli amicis & conjunctis: at demum te-
stamentarijs & legitimis tutoribus vel planè deficientibus, vel
etiam si testamentaria in suspensio sit, pendente scilicet die aut
conditione, si vè hæreditate nondum adita, si purè competat. §. 1.
l. 2. h. tit.*

B3

Neq;

42. *Neq̄ vero seipsum Judex, l. Prætor. 4. de Tut. & Cur. datis ab. neque cœcum, l. luminibus 3. C. qui dar. tut. vel cur. pos. l. 40. de Excus. Tut. l. un. C. qui morbo. mutum, l. 1. §. mutus de Tutel. l. pen. §. fin. de leg. Tut. aut Surdum, d. l. 1. §. Surdum, d. l. un. C. qui morbo. nec furiosum, d. l. un. nec minorennem, l. fin. in pr. C. de Leg. tut. §. 13. de Excus. tut. vel cur. nec Servum, l. in Seruili 7. C. qui tut. vel cur. da. po. aut feminam, l. 16. & 18. fin. de Tut. l. 1. C. quando mulier. vel militem, l. militia 4. C. qui dare tut. vel cur. po. Creditorem aut debitorem pupilli auth. minoris C. eo. & Nov. 72. aliamvè personam inhabilem & minus idoneam, tutores dare potest. Quem admodum enim naturali juri conveniens est, impuberes in tutelâ esse, & eos qui perfectæ ætatis nondum sunt, alterius tutelâ regi, §. impuberes 6. h. t. ita pupillorum quoq̄ multum interest, idoneos & fideles tutores habere, ne res & negotia illorum ab ipsis tutoribus consumantur & diminuantur. in pr. de satisd. tut. vel cur.*

43. *Quâ de causâ Magistratus inquisitionem nonnunq̄ Instituens, quatuor hæc potissimum investigare solet: 1. num tutor benignis & honestis moribus præditus sit: l. scire oportet 21. §. cum reliquis 1. in fin. de Tut. vel Cur. dat. ab his. & c. 2. num locuples: ne, si pauper sit, bona pupilli dissipet l. 2. C. de Tut. vel Cur. qui non satisded. 3. An etiam in tutelâ administrationem sese ingesserit: Culpa enim est immiscere sese rei ad se non pertinenti, inquit Jctus in l. culpâ 36. de R. I. & in l. 25. de proc. is qui rebus alienis ultrò sese ingerit, suspectus est. 4. Num etiam pecuniâ eam ambicrit: hic enim longè magis suspectus, & pœnâ dignus est: d. l. scire 21. §. fin.*

44. *Nonnunquam vero sine inquisitione eos ad tutelam*

tut. in pr. & t. t. de satisd. tut. vel cur.

45. Quâ satisfactione tam qui testamento à Patre tutores dati sunt, non onerantur: l. testamento 17. in pr. de Testam. tut. cum amicissimos & fidelissimos parentes soleant eligere: l. 36. de Exc. quorum fides & diligentia ipsis approbata est: d. l. 17. in pr. quàm qui à magistratu cū inquisitione dati sunt, ut præced. thes. explicavimus: vel ab ipso tantùm ex inquisitione confirmati, eò, quod idonei inventi sint: in fin. prin. h. t. & fides inquisitionis cedat loco satisfactionis. l. si impuberi 13. §. fin. de Tut. & Cur. datis ab hīs & c. l. Bonorum 8. de Curator. furios.

46. Non vero solummodo illi, qui sine inquisitione à Magistratu (ut jam dictum) dati sunt, satisfacere tenentur: verum etiam legitimi tutores. l. legitimos 5. §. sed etiam de leg. tut. idq̄ stipulanti pupillo, qui si absens sit, vel dari non possit, Servus ejus stipulabitur: quem si non habeat, emendus ei Servus est: si vero non sit expedita emptio, Prætor constituet Servum publicum, qui ejus nomine à tutoribus stipuletur, l. si pupillus 2. Rem pup. sal. for. junctâ l. seq. & l. 1. §. vi. de Magistr. conv. l. 6. Rem pup. sal. v. fore.

47. Pluribus verò tutoribus ex testamento existentibus, tutelam inter se dividere, l. 3. §. fin. junctâ l. 4. seq. de adm. & peric. tut. vel etiam omnes si voluerint simul administrare possunt, d. l. 3. §. pen. Quia vero plerumq̄ Segnius expediunt commissa negotia plures, & naturale vitium sit negligi quod communiter possidetur, l. meminimus 2. C. quando & quib. quarta pars debetur, consultius pupillis esse visum fuit, ut per unum tutela administraretur, quam ut per multos spargatur d. l. 3. §. 6. in fin. ideoq̄ unus ex tutoribus,
cate-

cæteris satisfactionem offerre poterit, ijsq̄ ita præferri; & solus ad tutelam admitti: ne forsan ex reliquorum contutorum malâ administratione, sibi damni quicquam suboriatur: dum post oblatam à sese Satisfactionem contutores in salvo sunt, ille vero damnum perperam administratâ tutelâ, exinde refundere pupillo adstrictus est, hîc §. 1. in pr.

48. Quod si verò nemo illorum satisfactionem offerat, nec adscriptum à testatore sit, quis gerere debeat: tunc qui à majore tutorum parte electus fuerit, tutelâ spartam subeat ornandam: ut hîc & l. 3. §. si non erit 7. de adm. & peric. tut. quod enim major pars facit vel concludit, eam vim habet ac si omnes fecissent. l. 19. de Mun. & de Incol. l. 7. in fin. de Pactis. l. 160. §. 1. de R. J. Dissidentibus vero in eligendo tutoribus, Prætor ipse partes suas interponet, & causâ cognitâ statuere, quis eorum tutelam suscipere & administrare debeat: ut hîc, & d. l. 3. §. eo. in fin. l. quod si fortè §. 1. de solut. & liber.

49. Ex cujus administratione, si damnum pupillus senserit, tenetur ei primo loco tutor, actione ex stipulatu rem pupilli salvam fore, ejusq̄ hæredes, l. ult. C. de divid. tut. l. Si defunctus 10. C. arb. Tut. & t. t. C. de Hæc. tut. vel curat. deinde fidejussores, per quos satisdedit tutor, & ipsorum hæredes. l. 3. de fidejuf. & nomin. & hæc. tutor. Quorum bonis regularitè prius excusis, si necdum indemnitati pupilli satisfactum fuerit, ipse magistratus subsidiariâ actione (exinde sic dicta, quod velut sacra anchora, & ultimum indemnitatis pupilli subsidium sit) tenetur, qui satisfactionem non exegit idoneam: §. Sciendum hîc l. quotiens 6. Qui satisd. cog. & t. t. C. de Mag. Conv. quam actionem contra ipsorum hæredes quoq̄ Imperator rectè extendit, hîc, in fin. l. 4. de Mag. Conv. & l. 2. C. eod.

Præ-

50. Prævia igitur idonea hæc satisfactio, repertorij, quod vulgo inventarium appellamus, confectionem l. tutor qui repert. 7. in pr. de adm. & peric. tut. & jurisjurandi præstationem, quâ confirmat tutor, sese utilia, & quæ in rem pupilli erunt, fideliter facturum: è contra verò damnosa & inutilia prætermittendum, Nov. 72. cap. 8. fin. ut & decernendæ à judice bonorum administrationis petitionem, l. Si tutor condemnavit 3. §. pen. de administ. & peric. tut. pedissequam habet: quâ indultâ, statim, ne periculum in mora sit, officij functionem occipere debet: d. l. tutor. §. 1. in fin. quæ partim in administratione, partim in auctoritate præstandâ consistit: rest. Ulpian. tit. 11. §. pupillorum.

51. Administrationi tutor rectè vacare dicitur, si pupillum, quoad corpus & salutem benè tueatur: ut vult l. Consilio 7. in pr. de Cur. fur. atq; adeò ipsimet alimenta præstet: l. 3. §. tutor. 14. de sust. tut. ac de bonis præceptoribus prospiciat: l. cum plures 12. §. 13. de adm. & per. tut. cumq; nullâ ex parte indefensum relinquat: l. tutoris præcipuum 30. h. t. l. Sancimus 28. in pr. C. eo. l. generaliter 10. ff. eo. & denique finitâ tutelâ rationem reddat, §. fin. de Att. Tut. l. nisi finita in pr. de Tut. & rat. distrah. l. 9. §. 2. eo. quæ si neglexerit tanquam suspectus à tutelâ removeretur. d. l. 3. §. 14. & l. 28. fin. in pr. C. de adm. tut.

52. Si verò ipse pupillus negotia gesserit, auctoritatem suam tutor interponit, qua probat id quod agitur: l. 3. de aut. & conf. Tut. præsuppositâ qualitatis negotij necessariâ cognitione. l. non multum 14. h. t. §. Tutor. 2. Inst. h. t. Etenim si cæptum negotium in ea sit causâ, ut obligationes mutux exinde nascantur auctoritatem suam præstare debet: pr. de autor. tut. quâ præstitâ, si nihilominus res pupillares diminuantur, pupillus tamen indemnis manet,

C

tutor

Tutor vero rem illi salvam præstare debet. *l. e. rem pup. salv.*
for. Sin verò conditio pupilli melior evadere possit, au-
toritate ipsi nil opus est: siquidem in damnis atas pupillaris
ipsis subvenire, non tamen rebus prosperè gestis obesse consueve-
rit. *l. non eo minus 14. C. de Procur. & pr. h. t. l. obligati 9.*
in prin. h. t.

53. Oportet autem tutorem statim in ipso negotio
præsentem esse, & purè, per se ipsum, non conditionali-
ter, per epistolam vel nuntium, auctoritatem præstare.
post tempus enim, vel per Epist. aut nunt. Interposita au-
toritas nil agit: ut hic, & d. l. obligati 9. §. tutor. 5. h. t.
l. 2. C. eod.

54. Quid, si inter ipsum tutorem & pupillum lis exo-
riatur, eaq; in judicio decidenda sit, in quo pupillus sine
tutore stare non potest? *l. 1. C. qui leg. perf. stand. in jud. ha-*
beant, vel non. l. certum §. 5. de confessis, l. 45. §. fin. l. 54. de
Re judicatâ. l. clarum 4. C. de autor. præst. | quomodo de-
fendetur? curatorem pupillo destinandum esse textus
in §. ult. de autor. tutor. apertè ac salubritèr sancit: quem per
Novel. 72. hodiè sublatam esse, aut per Auth. Minoris. C.
qui dar. tut. post. non arbitramur: quanquam Nobiliss. &
Clarissimus F. C. D. Joachimus Mynsinger. in §. ult. ali-
ter sensisse videatur. cujus officium judicio peracto fini-
tur.

55. Quemadmodum vero in omni Rep. triplex potissimum
hominis consideratio observatur: 1. Nativitatis ejusdem:
2. Vita progressus seu conversationis: & 3. Mortis: Ita quoq;
in jure omnium ferè materiæ tractatio tribus principalitèr
capitibus absolvitur. Nimirum quid sit res, & quomodo con-
stituat, quot habeat species & membra, deniq; etiam quibus
modis dissolvatur: cum nihil inter homines stabile & immortum
per-

permaneat Nov. 7. c. 2. in pr. Discussa igitur tutela, ejusque
causis constituentibus, nunc de modis finiendae tutelae vi-
dere, sequens est.

56. Hosce modos, vel conjunctim in personam tutoris &
pupilli, vel separatim in tutore, & in idem pupillo, spectari Ju-
stin. Imper. h. r. demonstrat.

57. Conjunctim quidem in utraq; tam tutoris quam
pupilli personam: 1. Si diem obierint: §. Simili 3. hinc l. nisi
finita in fin. pr. de tut. & rat. distr. Mors enim uti omnis
solvit, ita etiam tutelam. Nov. 22. C. deinceps 20. in pr. & ibi
gl. que nec aliis ullo pacto ad alium hereditario jure transire
potest. l. 16. de Tutel. 2. Si maximam aut mediam capi-
tis deminutionem passi fuerint: §. item finitur 1. in fin.
§. sed & capitis 4. hinc arg. l. Si pupillus §. 1. de Tut. & rat. dist.
l. in Servili §. C. qui dar. tut. vel Cur. poss.

58. Separatim vero in pupillo, l. si pubes factus fue-
rit, quod unde dignoscendum sit, olim controversum fuit. qui-
dam enim ex annis, alij ex habitu corporis, nonnulli ex utroque
pubertatem aestimabant: attestante Ulpiano in fragment.
tit. XI. §. fin. Quam controversiam Imp. Justinianus sustu-
lit, & Proculianis ab annis pubertatem aestimantibus album
calculum adjecit, ut est in l. fin. C. quando tut. vel cur. esse
desinant, & pr. h. r. 2. Si minimam capitis deminutionem
passus sit: §. 1. & §. Sed & capitis 4. hinc l. Si adrogati 14. de
Tut. l. fin. C. de aut. prast.

59. In Tutore vero. 1. Existente tempore vel con-
ditione sub qua datus fuerat: §. Sed etsi 2. §. praterea
pen. h. r. d. l. si adrogati, 14. §. Sed etsi 3. & fin. l. Si tutor. §.
§. 2. & 3. de Tut. & rat. distrab. l. 1. in pr. C. in quibus casibus
tut. §. 1. in fin. de Att. Tut. 2. Si propter suspicionem re-
moveatur: §. fin. h. r. d. l. Si adrogati §. praterea 4. §. Su-
spectus

Spectus s. & fin. de Susp. Tut. 3. Si excusatione justâ usus fuerit, d. §. fin. h. t. r. Inst. ff. & C. de Excus. tut. l. verum u. §. ex facto 2. de Min. & ib. gl.

60. Est autem Excusatio, immunitatis à tutelâ ex justâ causâ allegatio, §. fin. de Excus. Tut. l. 1. & r. C. Si tut. vel cur. fals. all. excus. quarum alie à Suscipiendâ, alie vero à jam Susceptâ tutelâ Tutorem liberant. Treut. Vol. 2. disp. 9. th. 1.

61. A suscipiendâ quidem tutelâ excusat. 1. *Ætas* quæ supra septuagesimum annum est; §. item Major. hîc, de Excusat. Tut. l. 2. eo. l. unicâ C. qui atate. l. 3. de jure immun. Idq̃ partim pietatis gratiâ introductum, quod Senectus ipsa satis gravis & molesta, ac per se morbus videbatur, ut magis quietem desiderare, quam alias perturbaciones & erumnas perferre possit: partim honoris causâ, quod scilicet Senectus majoribus venerabilis fuerit, idemq̃ honor & privilegia Senibus quæ magistratibus competebant, retributa sint, l. s. in pr. de jure immun. l. 2. §. 1. de Vac. mun.

62. 2. Numerus liberorum: Romæ trium, in Italia quatuor in Provincijs quinq̃, in pr. h. t. d. l. 2. §. 2. eod. d. l. 2. §. 1. de vac. mun. t. r. c. qui num. liberor. se excus. tùm quod favor erga eos qui liberis civitatem replent, hoc ipsum mereantur. l. 1. §. Solut. matrim. l. 7. §. 3. de Bonis damn. tùm ut ipsis pupillis melius prospiceretur, qui vix idoneè ita educari posse credebantur, cum naturalis stimulus patrem ad suorum liberorum educationem adhortetur, l. un. §. 5. C. de rei uxor. action. neq̃ etiam facile credendum est, duobus rebus necessarijs unum sufficere: Nam si uni adfuerit, alteri eū abstrahi necesse est: ut in l. nemo ex his 14. §. nec sit concessum. 1. C. de Adfes. & dom. vel dum ad utrumq̃ festinat, neutrum rectè peraget. d. l. 14. in pr. l. si plures 9. in fin. pr. de Partis.

3 Nu-

63. 3. Numerus Tutelarum: Tria enim tutela
nra vacationem præstant, inquit §. Item tria, h. t. l. 2. §.
amplius l. 3. 4. 5. & 6. in pr. eod. l. un. C. qui num. tut. Tutela
verò non adfectatæ: nam quod quis libenter appetit onero-
sum ipsi non censetur: nec enim Volenti fit injuria. l. 1. §. 2. in
fin. de ini. & fam. lib. l. 15. §. est autem 15. de Excus.

64. 4. Professio liberalium artium, ut ita alijs negotijs
vacantes, eò facilius liberalibus studijs & artibus multos in-
struant l. 6. in fin. C. de Prof. & Math. l. 5. C. eod. §. Item Ro-
ma 15. h. t. l. 6. §. 1. & seqq. de Excus.

65. 5. Potestas cum dignitate conjuncta, qualem ha-
bent Magistratus Consules & Prætores. Cum enim L. XII.
Tab. eò extensa esset ut & hæc personas testator filijs suis te-
stamento tutores præficere posset, ut patet ex l. Verbis Legis.
de V. S. & L. Tutor. 20. de Testam. tut. ne tamen privata u-
tilitas publicam excluderet advocatis nimirum Magistratibus,
excusatio ipsis concessa est. §. & qui. h. t. l. non tantum. 17. §.
sanè h. t. l. administrantes. 41. d. 2. l. 6. §. remittuntur. eod.

66. 6. Inimicitia cum patre pupilli exercita, necdum re-
conciliata. Præsumuntur enim inimicitia etiam in descenden-
tes serpere, ut notant hic DD. & imprimis si capitales sint: nec
enim levis simultatis allegatio quempiam excusat. §. si pro-
pter 10. & Inimicitia. 11. h. t. l. propter litem, in pr. eod.

67. 7. Fortuna: ut Paupertas, at talis, quæ injuncto
oneri imparem esse edoceat: veluti si quis ex operis manuum
suarum victum sibi quarere cogatur: non etenim expediret pu-
pillis, ealem habere tutorem, qui nec satis dare l. 2. C. de Tut.
& Cur. qui sat. non ded. aut sibi suisq. prospicere vix possit. §.
Sed & propter. 6. h. t. l. paupertas. 7. d. 2. l. 40. §. 1. eod. & Ru-
sticitas cum simplicitate conjuncta. §. similiter 9. h. t. l. 6. §. in
eod. Etenim cum Tutor rationes conscribere & inventarium

cum omni subtilitate componere debeat l. de Creationibus 27. C. de Ep. aud. l. fin. C. de Cur. fur. l. Tutor qui repertorium. 7. in pr. de adm. & peric. tut. quod quia tales prestare non possunt leges eos excusatos habere merito voluerunt: ne pupillus & illi ipsi laedantur.

68. 8. Privilegium militum, l. sed & milites. 8. l. si tribunus, seq. l. propter. 23. h. r. Athletarum, qui in sacris certaminibus coronati sunt: l. si duas. §. Athletæ. 13. eod. Pistorum, l. qui in collegio. 46. in pr. & §. 1. Mensorum frumentariorum: l. mensores 26. h. r. Illensium, l. non tantum. 17. §. 1. & quibus præterea hoc privilegium nominatim indultum est, d. l. 17. §. 1.

69. A susceptâ jam tutelâ excusationem justam præbet, I. Absentia Reip. causâ. §. Item qui. 2. h. c. l. non solum. 10. in pr. eod. Nemini enim officium suum debet esse damnosum. l. 7. Testam. quemadm. aper. quod ipsum Reipub. causâ absenti procul dubio accideret, nisi legitimam à tutelâ nancisceretur excusationem. Facile enim interea temporis contingere posset, quod in detrimentum pupillo vergeret, de quo restaurando postea finitâ Tutelâ conveniri à pupillo possit: cum tam de eo quod intermisit, nec intermittere debuit, quam quod fecit, nec propter indemnitatem pupilli facere debuisset, iudicio tutela teneatur. l. 1. §. 3. de Tut. & rat. distrab. Quæ de causâ etiam curator substituitur, qui res pupillares administrat, usq. dum reversus fuerit. §. 1. in fin. de Cur. & d. §. Item qui Reip. h. c.

70. II. Valetudo: ut si tutor morbo fontico laboret, vel furore, aut aliâ animi socordiâ ita adfectus sit, ut ipse rebus suis superesse non possit. §. Item propter 7. h. r. d. l. non solum. 10. §. penult. & ult. l. post susceptam 40. in fin. princip. eod.

71. Su-

71. III. Superveniens lis cum Pupillo de hereditate
vel etiam universis bonis, §. Item propter litem. Inst. eod. l. pro-
pter. 21. ff. eod. l. si ut allegas. 16. C. eod.

72. IV. Translatio domicilij facta cum rescripto prin-
cipis, scientis eum tutorem esse, & migrationem expresse
concedentis: ut textus est in l. Idem Ulpianus 12. §. 1. in
fin. h. t.

73. V. Deniq; allectio seu adsumptio in consilium prin-
cipis, justam Tutelæ vacationem tutori concedit, l. jurisf. 30.
in prin. eod.

74. Quia verò forma hujusce excusationis in hoc potissi-
mum consistit, ut intra constituta tempora afferatur, h. e. in-
tra quinquaginta dies continuos à tempore cognitionis compu-
tandos. §. qui. 16. hic. l. scire oportet. §. quinquaginta 9. &
§. multa verò. de Exc. l. Titius 45. §. 1. eod. l. quinquagin-
ta. 6. C. eod. Num etiam à delatione ejusdem (ut qui-
dam volunt) appelletur, quæri posset? Nos Negativam
defendemus sententiam; statuminantes eandem per d. §.
qui autem. & l. 1. §. Si quis tutor, quemadmodum appell. &
int. quæ temp.

75. Cœterùm, quod ad suspensionem attinet, ulti-
mum tutelam finiendi modum, exoritur illa ex mala
& fraudulosa administratione, vel ex evidentissimis
signis & argumentis, pravam administrationem pro-
mittentibus, §. suspectus 5. de susp. Tut. l. 3. §. præterea
eod. Veluti si tutor ad alimenta pupillo præstanda copiam sui
non faciat. §. Si quis. 9. h. t. d. l. Tutor. 3. §. 14. de susp. Tu-
tor. & si dolo aut culpâ res pupillares corrumpi & perire præ-
sentiatur. d. l. 3. §. 16.

76. Quæ propter & similia omnis generis Tutores,
sive sint Testamentarij, sive legitimi, sive honorarij, §. o-
stendi-

Stendimus. h. t. l. 1. §. 5. eod. à quolibet ferè, §. consequens est, hic. & d. l. 1. §. 6. ut suspecti conveniri & accusari possunt.

77. Cujus accusationis effectus primarius est, ut administratio tutori accusato interdicator; & alius interim in locum ejus ad administrationem rerum ordinetur: tutor autem si legitime convictus fuerit, tanquam suspectus removeatur, *l. eum quem. 7. C. eod. l. fin. §. 10. C. de cur. fur. l. licet. 4. C. in quib. caus. tut. vel cur. hab. tut. dar. pot. l. quod si forte. 14. §. 1. de soluc. & liberat. l. pietatis. 6. C. h. t.*

78. Quæ remotio siquidem ob dolum vel culpam ei contingit infamiam infert, *§. suspectus. Inst. hic. expressâ videlicet remotionis causâ decreto Prætoris, l. hæc enim. 4. §. 1. & 2. h. t.* Sin autem tutor latitaverit, ne alimenta pupillo à Prætoris, pro dignitate & facultate ipsius decretâ, eidem præstet & largiatur, *l. jus 3. in pr. ff. ubi pup. educ. deb. non tantum ut suspectus removeatur, d. l. 3. §. tutor. ff. de susp. tut.* Sed & in bonorum ipsius possessione pupillus mittitur, *d. l. §. seq.* Quod si verò per mendaciū præsens alimenta decerni non posse contendat, vel si libertus filiorum Patroni tutelam fraudulenter gesserit, ad Præfectum Urbis remittitur puniendus, prout videre est in *§. sed si quis præsens. & §. seq. hic. d. l. 3. §. sed si non Latitet. eod. l. in eos, 9. de tut. l. 1. §. solent. de offic. Præf. Urb.*

79. Finitâ itaq; hisce modis tutelâ, atq; ita nostro etiam de eadem discursu: ad curam, seu curationem, vel curatelam, nos accingimus: quæ justâ methodo impræsentiarum sese sigillatim discutiendam offert.

80. Definitur autem Vis ac Potestas in capite libero, ad

ad tuenda negotia ejus, qui propter ætatem, vel animi aut corporis aliquod vitium, ipse ea tueri non potest, jure civili constituta, in *pr. de Cur. Wesemb. in par. ff. de Tut. num. 7.*

21. Unde duplex emergit CURÆ genus; quædam enim minorum est, qui propter ætatem negotia sua tueri nequeunt: *d. pr. hic. quædam verò majorum 25. annis, ut sunt qui vel animi vel corporis aliquo vitio laborant.*

22. Corporis quidem, ut surdi, muti, & perpetuo morbo laborantes, ut ita rebus suis superesse præpediantur, §. *sed & mente. Inst. de Cur. l. 12. in prin. de Tut. & Cur. dat. ab his.*

23. Animi verò ut furiosi, qui furor quomodo deprehendatur & probetur, explicat lex, ob quæ Vitia. §. 1. *ff. de Edil. edict. gl. in l. si cum dotem. §. si maritus. ff. solut. matrim. & eorum exemplo prodigi. §. 3. hic. qui neq. tempus neq. finem expensarum habent, sed bona sua dilacerando & dissipando profundunt. l. 1. de Cur. fur. & al. extr. minor. dand. De his illud quæri solet, utrum, cum non nisi post interdictam bonorum administrationem curator loci sit; eis ipso jure hodiè bonis interdicatur, an verò per Magistratum? Nobis posterior arridet sententia: per l. Julianus. & l. si furioso. de Cur. fur. l. certius. §. sed etsi. de Reb. Cred. l. is cui bonis. 6. ff. de V. O. Ut & mente capti: §. 4. hic. qui in hoc à furioso differunt, quod mente captus sano quidè mentis lumine careat, at tamen officiorum mediocritatem, & communè Vitæ cultum tueatur, nec extrinsecus furoris aliquod signum exhibeat: furiosus vero in rabiem & furorem agatur, & huc illuc temerè discursitet. Cic. lib. 3. Tuscul. Quæst. Baldus in l. si furiosi, C. de Nupt. Alc. lib. 2. parrerg. cap. 16. Aldobr. hic n. 2, quo sine etiam distinguuntur, & ab invicem separantur. hic, & in l. 6. de Cur. fur. l. fin. §. 5. C*

D

de adm.

de adm. tutor. & Cur. l. nec mandante. §. 1. de Tur. vel Cur. dat. ab his. l. 2. de inoffic. testam. l. si furiosus 25. in pr. C. de nupt. l. tam dementis. 28. C. de Epis. Aud. l. 27. §. coram de recept. arbit. & alijs.

84. Quibus sequens §. Interdum, tertium genus addit, utpote si pupillis & impuberibus, qui aliàs regulariter sub tutelâ sunt, curator datur: id quod accidit, quando tutor non est idoneus, fortean quia minus est industrius, vel quia pauper, aut naturali quopiam defectu, aliove modo prædicitus: item quando tutores ad tempus à tutelâ excusantur, propter Regulam Juris, quod habenti tutorem, tutor non decur. d. §. interdum. hic. l. 27. de testam. tut. l. 9. C. qui dare tut. vel cur. possunt.

85. Dantur verò curatores ab iisdem Magistratibus, qui jus dandi tutores habent, ut Prætor, Præses, Consul, & omnis Magistratus municipalis. l. jus dandi. 3. ff. de tut. vel cur. dat. ab his. à Parentibus verò in testamento de jure dari non possunt: de facto tamen si dati fuerint, à judice citra inquisitionem confirmari debent, §. 1. hic. de Cur. l. 6. de confirm. tut.

86. Impedimenta denique curam inhibentia, eadem ferè sunt quæ tutelæ. Quædam tamen propria habet ut cum triplices, ob quas curator datur, cause sint, ut supra in definitione CURÆ. ch. 50. diximus: ætas imperfecta, animi, & corporis vitium; sublati hisce curatela causis, impleta videlicet legitimâ ætate, vel purgato corporis & animi vitio, ipsa etiam curatio tanquam effectus tollitur.

87. Atq; hic, absolutâ & hac de CURA tractatione manum de Tabulâ. Coronidis loco Decadem insignium. materiarum tantùm subijcimus.

Si con-

Coroll. I.

SI contigerit Principem Electorem mori, & haeres masculos Legitimos Laicos, defectum aetatis patientes relinquere: tunc Frater Senior ejusdem primogeniti Tutor eorum ac administrator existat, donec senior ex eis legitimam aetatem attigerit, quam in Principe Electore, decem & octo annos completos censi volumus, & statuimus perpetuò haberi: quam dum attigerit, jus, vocem, & potestatem, & omnia ab ipsis dependentia, tutor ipse sibi totalitèr cum officio teneatur procius assignare. Verba sunt Caroli IV. Imper. in Aureà Bullà Tit. de Successione Principum Electorum. po. med. Unde non immeritò quaeritur, an testamentaria tutela hoc casu etiam Locus detur? De quo in Ultramq̃ partem disputabitur.

II.

Constitutionibus Sacri Imperij saluberrimè dispositum est, nec à jure communi abhorret, ut pupillis minoribusq̃ quibus nec testamento, nec lege contigerint, Tutores & Curatores dentur Magistratuum curà & provisione. Tum, Administrationem nemo nisi Magistratus decreto demandatam subeat. quà decretà, Inventarium ritè conficiatur: rectèq̃ caveatur ex fide praefuturum, bona in rem suam non conversurum, nec sine decreto Magistratus obligaturum vel alienaturum: annuas rationes exigente Magistratu redditurum, aliàq̃ gesturum uti oportet, Curando quae prosint, inutilibus praetermissis, sub hypotheca omnium bonorum. Per. Denis. Jur. Cameral. Lit. T. Rubr. Tutores & administratores §. 1. 2. ex Recept. Anno 1548. & ordin. Polit. §. 5. &c. Vid. Ludolph. Schrader. in Comment. ad Institut. Lib. 1. Edit. à Joan. Brand Tit. de Satisd. Tut. vel Cur. n. 9. Ubi sic scribit: De Jure Digest.

& Cod. Tutorem testamentarium non teneri satisfacere: Verum secundum constitutionem politicam Sacri Romani Imperij, aliter & contrarium dicendum: Suadente per multas rationes eod. Schrader. de Feud. part. 10. sect. 20. num. 309. & seqq. ubi tandem subjungit: Quod nulla consuetudo contraria, neq; contrarius usus, neq; contrarium statutum condi possit contra istam Imperij constitutionem, &c. Vid. etiam Petr. Heig. ad Tit. Inst. de Legit. Agn. Tut. §. 1. num. 18. usq; ad num. 24. & alibi passim. Quibus Andr. Gail. Practic. observat. lib. 1. cap. 1. num. 47. & 48. annotat: Tutelarum & Curatelarum rationem vel confirmationem quoad personas immediatè Imperio subjectas, ad Cameram Imperialem spectare: quando nimirum Tutor & Pupillus, immediatè subsunt Jurisdictioni Camerae, tanquam judici ordinario talium Personarum.

III.

Religiosissimi Imperatoris Justiniani Sanctio est, ne audeat Tutor vel Curator res pupillares vel adulti aliter attingere, vel ullam sibi communionem ad eas vindicare, nisi prius, Inventario publicè facto, secundum morem solitum, res ei tradantur: nisi Testatores qui substantiam transmittunt, specialitè Inventarium conscribi vetuerint. Quod si neglexerint, & quasi suspecti ab officio removeantur, & pœnis legitimis subjaceant, & perpetua infamiae macula, citra spem absolutionis notentur, l. ult. §. illo procul dubio. C. Arbitr. Tutel. Cujus sententiae etiam antea videtur ad stipulatus fuisse Ulpian. celeberr. l. C. in l. 7. pr. ff. de Admin. & per. tut. & Cur. &c. his verbis: Tutor qui repertorium non fecit, quod vulgò inventarium appellatur, dolo fecisse videtur, &c. Dolus autem magna culpa est. l. magna negligentia 126. ubi Pet. Rebuff. & Comm. Dd. ff. de V. S. nec æquum est, dolum suum quena
quans

quam relevare: l. verum 63. § tempus. 5. pro socio. nec alterius
dolum aut desidiam alijs nocere. l. electio. 26. §. si absente. 6.
vers. idem concedendum. de Nox. action. Unde Tutor si Inven-
tarium non confecit vel minus legitime, rerum ac bonorum u-
surpator reputatur; & ultra penas alias, tenetur pupillo qua-
terus in litem juraverit, & puniri debet in duplum rei non de-
scriptæ in Inventario, uti plur. confirmat. Joseph. Mascard.
concl. 1391. incip. si rerum. num. 2. 3. & 4. de Probat. vol. 3. &
Tutori agenti posse objici exceptionem quod non confecit In-
ventarium, qua reddat eum illegitimum, ne in judicio agat;
refert Jacob. Menoch. lib. 4. præsum. 104. num. 15. de Præ-
sumption. Deniq; Tutores omnes venentur facere Inventa-
rium, in tantum, quod ante confectionem non possint admini-
strare, nisi ea, que non recipiunt dilationem: &c. uti verba
sunt Eminentiss. Dominic. Cardinal. Tusc. Practic. conclus.
Jur. Tom. 8. & ult. Lit. T. conclus. 429. num. 1. 4. 5. &
seqq.

IV.

Attamen sicuti omnis definitio in jure periculosa est:
cum parum absit, ut subverti nequeat: l. omnis. 202. de R. I.
l. 1. in pr. de Reg. Canon. ita etiam superscriptæ sententiæ con-
tingit, ut suas patiat exceptiones, quas vulgo fallentias vo-
cant: Dd. in l. 1. & d. l. omnis de R. I. Bartol. Socin. Petr.
Duenn. &c. tot. lib. de Fallent. Jur. quas ignorare non esse
latam culpam, licet Leges & jura quæ Regulas ponunt, lata
culpa sit ignorare: tradit & confirmat Iason. l. quod te 5.
num. 35. vers. in gl. ibi. quia. Si certum petatur, quem refert
& plurib. approbat, Ioan. Nevizan. de Butigler. Capitan.
Astens. in Sylva Nuptiali. Lib. 6. num. 22. ibi: Et est lata
culpa ignorare regulas: Secus de Fallentiis, &c. Imprimis
autem Ulpian. l. C. hanc limitationem profert; Nisi forte

D 3

ali-

aliqua necessaria & iustissima causa allegari possit, cur id Inventarium factum non sit, d. l. Tutor. 7. in pr. de adm. & per. Tut. &c. Iustinian. vero Imper. hanc adjungit, Nisi restatores qui substantiam transmittunt. specialiter Inventarium conscribi veruerint, d. l. ult. §. illo procul dubio. C. Arb. Tut. quo etiam Impp. Theodos. & Valentin. in L. 2. §. sed ubi quarta. C. quando & quib. quart. pars debet. ex bon. decur. &c. verba, à Dd. nostris accommodantur, ista videlicet: Quid enim tam durum tamq. inhumanum est, quàm publicatione, pompaq. rerum familiarium & paupertatis detegi vilitatem, & invidia exponere divitias? Ubi Luc. de Pean. & Ioan. de Plate. vid. & Signorol. de Homodeis, Consil. no. incip. Testator. num. 14. vers. præterea non ob. & num. seq. & latiss. Jodoc. Dambuder. in Pupillor. Patrocin. c. 4. n. 14. ibi: Sciscitari hoc loco, &c. Cum multis seqq. fol. 8. in fin. & fol. seq. in Edit. Antwerp. Anno 1564. Que tamen omnia subiicimus auctoritati L. in confirmando 3. cum duab. seqq. de Conf. Tutor. vel Curat. Quibus nihil magis politicum in hac materia dici vel cogitari potest. quo spectat etiam Novel. 28. Leon. Imper. §. fin.

V.

Tutela datio neq. Jurisdictionis, neq. Imperij est. & ei competit, cui nominatim hoc dedit Lex, Senatusconsultum vel Principis constitutio, l. mucro 6. §. tutoris. 2. de Tut. Helf. Ulr. Hunn. de Jurisd. part. 3. quest. 2. Anton. Fab. Jurispr. Papin. Scient. Tit. XII. prin. 1. Illat. 14.

VI.

Judeus Christiano pupillo tutor dari potest. arg. l. Spadonem 15. §. jam vero & Judei, de Excus. l. 3. §. fin. de Decur. & fil. eor. vid. Dominic. Cardin. Tusc. Practic. conclus. juris. tomo 4. lit. I. concl. 370. num. 6. ubi dicit, octo esse permissa He-

Hebrais & reliqua omnia prohibita. 1. quod habeant Synago-
gas solitas: 2. Ceremonias & ritus suos: 3. Ut convenient cum
Christianis in ijs quæ sunt permissa & licita. 4. ne molestentur,
si obediant. 5. ne compellantur ad fidem Christianorum. 6. ne
vulnerentur sine justitiâ. 7. ne cadavera eorum exhumentur:
8. ut ita admittantur ad prædicta, quatenus non excedant.
& concl. seq. 371. num. 18. ubi dicit, magis communem esse opi-
nionem, ut Judæi dicantur de populo loci, quo ad hoc, ut vi-
vant legibus illius loci.

VII.

Mater Tutrix, Tutelam ob secundas Nuptias amit-
tens, mortuo secundo Marito, eam recipere nequit. Cyn. in d.
auth. matri & avia. s. & ult. quest. Hippol. de Marsiliis in
ll. etiamsi redhibitus. num. 6. ff. de question. Joach. Myn-
sing. Centur. 3. observ. 83.

VIII.

Tutor datus filiis, nepotibus datus non censetur. §. fin.
Qui test. tut. dari poss. l. 6. de Testam. Tut. Anton. Fab.
de Jurisprud. Papin. Scient. d. Tit. XII. d. princ. 1. Il-
lat. 261.


IX.

Postumis testamento tutores dari possunt, §. penult. de
Tut. licet necdum pupillorum nomen obtineant. l. pupillus 238.
pr. de V. S. Sed ventri tutor dari non potest, l. 20. de Tut. &
Curat. dat. ab his. &c.

X.

Legitimi Tutores etiam sese excusare possunt, §. Qui au-
tem 16. de Excus. Tut. vel Cur. l. Liberos C. de excus. tut.
vel cur. l. si sororis 9. C. qui dare tut. vel cur.
poss. &c.

Soli Deo Gloria.



Hebrais & reliqua omnia prohibita. 1. quod
gas solitas: 2. Ceremonias & ritus suos: 3. Christianis in ijs quae sunt permessa & licita.
si obediant. 5. ne compellantur ad fidem Ch
vulnerentur sine iusticiâ. 7. ne cadaver
tur: 8. ut ira admittantur ad praedicta, qua
& concl. seq. 371. num. 18. ubi dicit, magis
nionem, ut Iudei dicantur de populo loci,
vant legibus illius loci.

VII.

Mater Tutrix, Tutelam ob secund
rens, mortuo secundo Marito, eam recipere
auth. marri & avia. s. & ult. quaest. Hippo
li. etiamsi redhibitus. num. 6. ff. de quaest
sing. Centur. 3. observ. 83.

VIII.

Tutor datus filiis, nepotibus datus no
Qui test. tut. dari poss. l. 6. de Testam. 2
de Jurisprud. Papin. Scient. d. Tit. XII
lat. 36.

IX.

Postumis testamento tutores dari poss
Tut. licet necdum pupillorum nomen obtine
pr. de V. S. Sed ventri tutor dari non potes
Curat. dar. ab his. &c.

X.

Legitimi Tutores etiam sese excusare
tem 16. de Excus. Tut. vel Cur. l. Libert
vel cur. l. si sororis 9. C. qui dare
poss. &c.

Soli Deo Gloria

